

nobis uerbum in adpersione oris nostri ut possimus considerare
mirabilia de lege eius. est ergo initium eorum quae hodie recitata
sunt in his uerbis. haec unctio aaron & unctio filiorum eius ab hosti
is dñi. quae die adplicuit eos sacrificare dñō. sicut praecipit dñs dāro
illis. quae die unxit eos a filiis israhel legitimum aeternum in proge
niese eorum. haec lex holocaustorum & pro peccato & pro delicto.
& consummationis. & sacrificii salutaris. sicut mandauit dñs moysi
in monte sina quae die praecipit filiis israhel offerre munera sua co
ram dñō in deserto sina. Cum proposuerit dicere legislator. haec
unctio aaron & unctio filiorum eius. non subiungit quae esset unc
tio. nec qualiter unxisset exposuit. sed hoc quidem in sequentibus
facit. nunc uero postea quam dixit. haec unctio aaron & filiorum
eius nihil de unctione subiungit. profecto ut ostenderet. quia haec
quae supra dixerat. id est pectusculum in positionis & brachium
separationis. ipsa essent unctio aaron & filiorum eius. ne putare
mus illa pro carnalibus dicta. sed ut doceret etiam ipsa sub sacra
menta unctionis inserta. denique in sequentibus repetit ea quae su
perius exposuerat & dicit. haec lex holocaustorum & sacrificii.
& pro peccato. haec id est quae supra exposita est & uideatur esse anache
faleos id est recapitulatio sacramentorum quae in superioribus locis
fuerant enarrata. post haec uero subiungit. & locutus est inquit
dñs ad moysen dicens. sume aaron & filios eius & stolas & oleum
unctionis & utrumque quae est pro peccato & duos arietes & conistrum
azymorum. & omnem sinagogam conuoca ad ianuam tabernacu
li testimonii. & facit moyses sicut praecipit ei dñs. & conuocauit
sinagogam ad ianuam tabernaculi testimonii. & dixit moyses
ad sinagogam. hoc est uerbum quod mandauit dñs facere.
& adplicuit moyses ad aaron fratrem suum & filios eius & lauit
eos aqua & uestiuit eum tunicam. & circumdedit eum zonam. &
uestiuit eum tunicam interiorem. & imposuit eum humeralem & cingula